



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

cap. 7. De naturâ amoris Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

ur, quantum à recto devient tramite illi, qui sensuum
 ablectamentis decepti in objectis sensibilibus terræ to-
 um suum collocant amorem & affectum; minimè ad-
 vertentes, non quodcunque bonum; sed infinitum &
 increatum bonum: non qualemunque pulchritudi-
 nem, sed Divinam: non quamcunque dulcedinem,
 sed æternam esse objectum amoris. Passio amoris do-
 num à Deo datum est, ut eodem anima *sumum bonum*
diligeret, diligendo possideret, possidendo quiesceret,
quiescendo frueretur. Expurga igitur; O Christiane, *Magist.*
amorem tuum, & aquam fluentem ad cloacam converte *Ser. S. Aug.*
ad hortum. Purifica cor tuum, amorem tuum à for-
 dibus terræ ad delicias cœli transferendo: *Vita cordis, Idem.*
amor est. Vnde sine amore anima humana esse non potest.
Et si feliciter amat, feliciter vivit: & ille solus felici-
citer amat, qui Deum amat: & tanto felicitius, quanto
amplius. Quicunque alius amor creaturarum; sicuti
non excludit omnem miseriam; ita nec vitam nostram
efficit felicem.

CAP. VII.

De Naturâ Amoris DEI.

Essentia amoris Divini, Sæctorum Doctõrum cal-
 culo, nil aliud est, quàm unio animæ eum Deo; *Dionys. de*
 unio animæ amantis cum Deo amato. Unio est non *Div. Nom.*
 mortua; sed viva & vitalis: quia est cum Deo vita *c. 4.*
 nostræ principio: non otando, sed semper pro Deo *Aug. 15. de*
 operando. Est unio conformativa, quæ ab Angelico *Trin. c. 18.*
 dicitur: *Coaptatio affectuum: quia habet idem velle,* *S. Tho. 2. 2.*
& idem nolle cum Deo. Est etiam unio transformativa, *q. 180 ar. 6.*
 quia anima vi amoris exit à se, & intrat ad Deum:
 moritur sibi, & vivit Deo: & moritur secundum vitam
 intellectivam, non cogitando, nec amando *qua sua*
 sunt, sed qua IESU Christi: & quandoque etiam se- *Phil. c. 2.*
 cundum vitam sensitivam & vegetativam cum defectu
 sensuum & propriæ vitæ.

C

Ratio

Ratio hujus est, quia, cum homo duplici
 viâ, humana & Divina, nec simul utraque vivere
 fit, æquum & justum est, ut moriatur vita huma-
 na, & vivat vitâ Divinâ, moriatur sibi, & vivat
 Christo.

Gal. c.1. Vivo ego jam non ego, vivit verò in me Christus,
 bat Apostolu.

Ultra hanc unionem voluntatis & intellectus,
 adhuc natura amoris petit unionem realem & pra-
 tiam: quia perfecta amicitia utitur que exigit pra-
 tiam, intentionalem, scilicet, & personalem: nam
 factus amor est *conversio amantis in amatum*, quod
 possibile est. Unde à D. Augustino vocabatur amor
 ejusdem, *Dimidium anima sue & una anima in du-*

S. Aug. l. 4.
confes. c. 6. corporibus habitans, & alter ego. Verum, quia
 fieri nequit per veram & realem unionem & trans-
 tationem, idèd hoc ipsum præstatur per unionem
 luntatis & præsentie. Quare, ut amor Dei sit per-
 fectus, hæc secunda unio addenda est, veluti desiderium
 Apostolus: *Desiderium habens dissolvi, & esse cum*

Philp. c.1. Christo, non solum mediante fide, sed media præsentia
 & clara visione Christi.

Insuper hæc amoris unio, ut ultima sua constitua-
 perfectione, debet esse actualis cum actuali amandi ob-
 jectio: veluti amor in Deo est, qui non est potentia
 nec habitus: sed purissimus actus: & in Beatis habitus
 Charitatis semper conjunctus est cum actuali amoris
 De hoc dicetur capite sequenti.

CAP. VIII.

De Actibus Divini Amoris.

Principales sunt, amor, gaudium, desiderium, laus,
 confirmatio, transformatio & pax.

Et ut exordiamur à primo, dico, amorem Dei esse
 duplicem: primus appellatur amor appetitivus &
 amor excellencie: quando, comparando Deum cum
 creature, cuiuslibet in genere & in confuso, aut cum om-
 nibus in particulari, eligeremus potius, & malle-
 renun-